

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Sebastian Meier

**M. Sebastiani Meieri Lubecensis Oratio. De Calumnia Eiusque Genio, Et Quibus Amuletis Virus Hoc Profligandum**

Rostochii: Pedanus, 1617

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729224562>

Druck    Freier  Zugang



J. Slekta. (J. Meir)  
R.U. phys. 1617.



M. SEBASTIANI MEJERI LUBECENSIS

Oratio.

DE  
**CALUMNIA**  
EIUSQUE GENIO, ET  
QUIBUS AMULETIS VIRUS HOC  
PROFLIGANDUM,

*Approbante*

VIRO CLARISSIMO ET EXCELLENTISSIMO  
*Dn. M. JOHANNE SLEKERO*  
Phys. Prof. pub.

Fantore meo honorando.

*Scripta & publicè pronunciata*

*In Auditorio Majori.*

MENANDER.

Jucundior res nulla, nec concinnior, convitiantem  
posse quam nobis pati. Convitia etenim si tibi quis fe-  
cerit, id dissimula, & ille ipse tum qui fecerit tibi, facta  
sentiet sibi convitia.

16(16)80  
8

ROSTOCHII

Typis Joachimi Pedani,  
ANNO M. DC. XVII.

Clanget. Viro bono  
M. Gabardo Edomanno  
Afflmi colendo donat  
ffalor.  
Ex eius Cl. on. M. don  
sum Davidis - trios.



PRUDENTISSIMO, INTEGRIMO ET  
PRAECLARO VIRO,

DN. JOACHIMO HANEN,  
PATRITIO ROSTOCHIENSIS  
laudatissimo, residenti in Deterßhagen:  
Fautori & Promotori meo officiose & observanter colendo.

S. P. D.

**C**um morem. hujus seculi pensius mecum examino, Vir Prudentissime, hominumq; mores intueor, proh dolor, laudabiliter paſsim recepitum & inveteratum-exerior; ut, largius leudent venales, qui cupiunt extrudere merces. Principio morem hunc ut abominabilem sum detestatus, illos etiam verborum convicijs verberandos censui, qui invendibile merce, ultro emptorem esse adducendum aestimarunt. Visus mihi, hoc veluti opinionum-cinno obrutus, in salebrosa semita versarier, fluctuante fui opinione & sententia, utrum in auctione mea, more solito & antiquo merces aestimatas darem, an vero honestiori praetextu, libere de contractu cum alio agerem. Apprime & è re mea statui, ut abolito plane priori, nec in posteriori plus justo, nimium mihi ab blandirer, quin ut in Nundinis, rei vendibilis pretium, & Amor mercatoris mutuo sibi adire manus non permittunt, nec emtionem initam suspendunt, sic & praesentis (licet momenti exigui) mercimonij desiderium, quod multis, nullo non tempore arrisisse, ad me delatum, venum exponerem, & ne diutius hoc institutum meum protraherem, specula, quam hactenus degustavi, in me aculeos intendit, simulq; me tergiversantem ne intermittem expergefecit, fore, ut Dea faunia (quam Bonam alij

A 2

nun-

nuncupant) interloquente, optimi quiq; rei præsentis de-  
siderio inflammarentur; Quamvis etiam è longinquo ad  
me homines maturare videam, ne nimis avare pretium  
statuam, aut imprudenter in offensam incurram, mea ope  
& opera alium commonebo. Tibi itaq; *Vir Prudentissime*  
longo rerum usu, in litterario hoc emporio exercitato,  
mea levidensia offero, nec tam (ut arbitris) ære tuo re-  
dimenda, quam in debiti mei solutionem, quo obæratum  
jugi beneficio me tibi devinetum fateor. Te majorem  
in modum & pro singulari tuo in me affectu obtestor,  
hanc qualemcumq; solutionem, chartaceo pignore red-  
dendam, serena & hilara fronte accipere non dedignari  
velle. Insuper te rogatum volo, ut malevolorum cavillas,  
quas bonis pessimi quiq; affricant, Calumniantium ru-  
etus, quibus lingulacæ, & sceleribus cooperti, apud  
Cloacinae (sit verbo venia,) sacram certant, pejora de-  
niq; omnia, quæ mentis libidine, linguario ore detracto,  
inaniter in hanc dissertatiunculam meam, meq; ipsum te-  
mere blaterant, pro ingenuo in me animo, judicio edecu-  
mato limatoq; detergere non graveris. Meam porro  
observantiam, officia, servitia, quæq; peccatus sine fraude  
& dolo polliceri poterit alia; Tibi, cui & vivendum &  
moriendum mihi ingrato, omnia & singula defero &  
promitto, obnixe rogitans, ut amoris in me igniculi, gra-  
uoribus spiraculis jugiter in ardescant. Tu vir Prudentissi-  
me, cum conjugæ & pignoribus æternum feliciter Vale.  
Dabam ex meo Musæo prid. Kal. Jan. Anno 1617.

T. P.

*Observant.*

*studios.*

*M. SEBASTIANUS MEIER Lubecensis*  
*Medicine studiosus.*

ELO.

# ELOQUENTIS SAPIENTIAE STUDIOSIS.

S.

**N** propinqua Virtutis parte non immerito quis habeat; amare Virtutem, ut neg. ad veram laudem quisq; perveniat, nisi per ipsas laudes. Tantopere quicquid in humanis rebus summum est, primordia sui cum fine ipso conjuncta habet: atq; in possessionem certam non dubie admittit, quisquis ad eam pede non claudicante vadit. Quod quidem in laudibus Pythagoræ Jamblichus: In Isocrate Socrates spectare visus est apud Platonem in Phædro, dum mentione ejus & amoribus totam de Pulchro disputationem his verbis quasi ob-signat: Juvenis adhuc Isocrates est & Phædre: At præstantiori ingenio quam Lysias: moribus item generosioribus præditus. Quamobrem nil mirum putarim, si crescentibus annis, in arte dicendi, cui nunc incumbit, omnibus excellat: atq; his etiam studijs non contentus, ad majora diviniore quodam instinctu fera-tur. Inest enim ab ipsa natura quedam illius ingenio Philosophia. Egregia certe laus, Socrate & Isocrate non indigna: quam veram, excelsam, & prope à Düs' ipsis profectam innuat Obstetricis ille, (quod inter ejus decora non possumus es) filius, Isocratica præsagio excellentia; qua felici eloquentia ac Sapientia conjugio Virtutis obstetricatu, efflorescat. Et hercle quis unquam bonarum artium vel alumnus paulo felicior, vel admi-

A 3

nistrator:

segregator non omnino vulgaris, qui Syncretismo isto optimarum  
disciplinarum, communi humanitatis (ut antiqui loquebantur)  
vinculo sociatarum, non delectetur? Platonem mihi vide &  
Aristotelem humane Sapientia duum viros: non majore ipsius Sa-  
pientie quam ab aureo eloquentia flumine, Ciceronis autoritate  
commendatos. Quorum è subellys ad summam dicendi glo-  
riam velut ex equo Trojano cum non pauci progrederentur, nescio  
quid Demosthenem mouere debuerit sub initijs bujus disciplinae,  
et Academia cum Platone (ut apud Gellium est) relicta, Calli-  
stratum totus sectaretur. Quam spreta Academie injuriam  
posterioris seculis non raro ultra est, prope ad internacionem Eloquen-  
tiae, Parce ac sine cura loquens Philosophia: studiorum &  
ingeniorum, non secus ac Imperiorum freta quasi periodo. Jam  
enim ventosae Lysiae Hippiae lingue superbe dominabantur: Jam  
secretioris philosophiae doctrina Cathredas quasi possessionem  
suam tenuit, spreco dictionis ornata. Nonnunquam amice  
coequentibus animis & hanc & illam felici connubio junctam  
aurei prope seculi restorescentis imagine, coluerunt; ipso nimirum  
Bene mentis nomine ducti. Suavissimus namq; doctrina ga-  
stus est quem Sapientie de suo affert Facundia; sic, ut nego pro  
cibo (Plauti sententiæ) condimentum; nego absq; condimento  
cibus sit: absq; sale inquam ille, quem sacrificijs suis cum minus  
adhibuisserint Rhodij, à Minerva disertos esse Pindarus autor  
est. Nempe hoc est cur Augustinus (lib. 1. de Ord.) Licentium  
suum ad Musas reliquit jubet redire, quarum suavitate (Aug.  
verbæ sunt) & alacriores & perseverantiores & comptiores  
exhibere queat amplectende veritatis amatores, ut & arden-  
tius appetant, & constantius insequantur, & inherent postremo dulcissimus.  
Absq; bis sit (ut patrum nostrorum state fuit)  
jacere omnia, frigere & vix spiritum ducere videoas ipsam etiam  
de vinarn literarum tractationem apud eos, quorum partes  
erant, animis hominum vi quadam sacra percellere, & ardore  
suo

ſuo alios inflammare, Origenis, Basili⁹; Chrysostomi, Ambroſij,  
Augustini &c. exemplo: quorum docendi facultatem plenam  
majestatis nemo negat, niſi cui cerebrum in calcaneis ſit: At ipſe  
illi, quam non parum debeat his dicendi exercitijs, ſunt nobis  
testes. Et ejusdem facinoris autores. Mendacio non paucos  
credere Lactantius ait, lenocinio verborum captos. Ejusq; rei in  
Fausto Manicheo qui velit, exempla capiat ab Augustino lib. 5.  
confess. c. 6. Et quidni magis credant ornata Veritati? Qualis  
Ambroſij erat oratio: cuius eloquia, ut ait August. cap. 13. Et fire-  
nue ministrabant adipem frumenti & latitiam olei, & sobriam  
vini ebrietatem populo Dei. Eo prorsus animo viam preſtantissi-  
morum omnis memoria hominum ingressus, ſtudia Philoſophia  
& Eloquentia aggressus, & ad aliquam publice diſputandi di-  
cendiq; gloriā progressus eſt, vir juuenis humaniſimus,  
doctiſimus & preſtantissimus, S E B A S T I A N U S M E L E-  
R U S, Lubec. Bonarum artium & Philoſophia Magiſter.  
Quem ille titulum, ut nec pro multorum conſuetudine obi-  
nuit ante aliquot jam annos, ita & hactenus dexterrime eo uetus  
eſt: Sic ad majora illa (uti de Isocrate loquebatur Socrates)  
contendens, ut pro derelicto non babeat quicquid ouiri Platonici  
in Eloquentia & Philoſophia ſibi acquisiverat. Cujus ani-  
ſtudijs ſui uſuram cräftino die publice factarus, hanc mihi ad  
vos loquendi attulit cauſam; tanto minus ab iſſicio meo aue-  
nam, quanto plurium officiorum genere ipſi bene cupio, ut iſſiud  
quicquid eſt, petenti denegare nec potuerim; nec forte debue-  
rim negligere occaſionem hanc, publice teſtandi, quid mihi, ſe-  
veriori Philoſophia addicto, de ſtudijs Eloquentie videatur.  
Orationem ergo habebitis bonam & Elegantem de re pefſima &  
horrenda, nempe Calumnia: Diaboli inquam dōγα & filio pri-  
mogenito. Nimirum in eo etiam Diabolus Dei injectatus glo-  
riam eſt, quod aliquem ſibi quaſi dilectiſimum filium eſſe ro-  
querit. & prope ſubſtantialem, & ver videlicet: quem dicitur

¶. P. 6.

¶ Patre suo dicimus : per quem omnes suos fecit facitq; nequitias,  
habitans in gerulis suis (ut Plantus vocat) linguarum auriamq;  
ſtrepitu omnia evertens : uti oratione quam dixi, luculenta  
pluribus ostendet M. MEIERU.S: ad quem crastino die  
hora IX. in Auditorio majori audiendum, Magnificum  
Dn. Prorectorem, Reverendos, Consulib;. Clariſ;. Dn. Professo-  
res, & facultatum omnium Doctores, Verbi Divini ministros,  
Magistros, Nobiliſmos, Praeſantifimosq; Studioſos, per quām  
benigne vocatos volo. In quos omnes ac singulos mea vicissim  
officia ſemper conſtabunt. P.P. Aug. Anno 1616.

M. Joh. Slekerus,  
Phys. P.P.



ORA.



# Oratio IN CALUMNIAM.

**D**uos ante aliquot secula Philosophos vixisse ex Veterum monumentis notum est, Magnifice Dn. Prorector, Viri admodum Reverendi, Consultissimi, Clarissimi, Præstantissimi, Humanissimi, Tuq; nobilissima Præstantissimorum Juvenum corona. Duos, inquam, ante aliquot secula Philosophos vixisse ex Veterum monumentis notum est, Alium nomine Democritum, cui peculiare & solempne, ut ludicra simul & seria, salse, ridendo exciperet: Alium vero nomine Heraclytum, tristem, severo vultu, hocq; ingenio, ut omnia perpetuis lachrymis deploraret, gemituq; largo, vultum & genas irrigaret. Rem profecto prorsus absimilem! Ille molestias, difficultates, quævis deniq; mala, ingenij salacitate, & dexteritate judicij, poterat detergere & ablactere; Hic vero in minimis etiam extra aleam sortemq; communem periculis, animum diris deyovebat, nec unquam verborum lenocinijs, aut mentito gaudio induci poterat, ut quandam ore hilaritatem, alacritatem animo, extremo sanæ mentis indice spectatoribus propinaret. Etenim, si rem consideratione dignam, sub examinis incudem vocaverimus,

B

nihil

nihil profecto hoc ejuslatu tristius; nihil deniq; sensu hoc  
salubrius, cineri suo telinquare potuisset. Nihil enim in-  
tota rerum universitate firmum, itabile, perpetuum, quid-  
vis fortunæ telis subjectum, plurimis mutationibus ob-  
noxium reperitur, ut :

— — — Unda impellitur unda.

Urgetq; eadem vensens, urgetq; priorem.

Cuncta fluunt, omniq; vagans formatur imago.

Quis quæso iam feius, ferreus, bardusq; inveniri potest ?  
qui si emissitijs oculis, rerum omnium vicissitudines, &  
funestas mutationes fuerit contemplatus, etiam non ma-  
didis oculis, perpetuis lamentationibus, hanc rerum  
omnium faciem devenustatam, deploret & detestetur.  
Quot, ut à vestro seculo repetam, rerum publicarum im-  
periorumq; subdolæ eversiones ! Ubi illa Tiberiorum Co-  
lonia ? Romani laudis & Imperij æmula Carthago ? quæ  
hominum in civitate millia septuaginta, trecentas in Ly-  
bia urbēs habuit ? periit, dolo malo interiit ; Ubi Græciæ  
illud Athenæum, litteris litteratisq; affluens resp. Athe-  
niensis ? nexibus suis soluta tūm dissūta, prorsus est col-  
lapsa, & corruit. Demum si parva licet componere  
magnis, Qui famij hujus seculi mores ? quæ fallax yagaq;  
hominum astutia ? & lasciva multorum licentia. Pro-  
fecto in hoc mundi calvitio, ubi sinceritas fideijs can-  
dor, ad maciem redacti, perpetuo exitio ne stipem emen-  
dicare ausint, multis in lingua præmium positum est, ut  
melioribus male loquantur, & optimorum famam convi-  
cij proscindant. Hiulca hæc hominum gens, cum vo-  
cem venalem habeat ; id, quod de faceto scurra Noevio  
Cicero affirmat, perperam sibi vendicat, continuo festa-  
tur, ut vocem in quæstum conferat, & spurcissimis men-  
dacijs alterius famam obliniat & attenuet. Merito itaq;  
nec

In orat.  
pro Quint.

nec sine gravi consilio Philosophum Heraclytum, pollicē  
sibi lacrumas extorsisse existimemus. Quæ porro seculi  
husus perfidia! Hominum mendicabula, cum ad incitas  
res familiares redactas, reūtimq; qua fauces præcludant  
& præstringant sentiunt, ad alios, intempestivæ muscæ  
advolant, quos aut obulis emungere prorsus aut à quibus  
in sua horrea aliiquid everrere possint; Sub amicitiæ præ-  
textu, largam aliorum usuram reposcentes, quibus tamen  
scœnoris nihil omnino crediderunt; quin & hoc illis nec  
infrequens aut insolitus, quod Poëta queritur, dum  
inquit:

*Tuta frequensq; via est, per Amici fallere nomen.*

*Tuta frequensq; licet sit via, crimen habet.*

Ex quibus omnibus & in aprico satis & pro patulo, quæ  
ultimis hisce temporibus metuenda pericula, quanta ma-  
torum astutia detegenda, & quam misere multi dolo hoc  
pereant & excrucientur: Tamen ne prorsus in hisce ca-  
lamitatibus & ærumnis, aut animis concidamus, aut ter-  
rores nobis ipsis incutiamus, quos exhauriendi, & ex  
quibus eluctandi, facultas obserata aditum præcludat.  
Malorum omnium Parentem, totq; periculorum Gene-  
tricem CALVAM CALUMNIAM secundum  
omnes partes situsq; resectam vobis exhibebo, simūl  
etiam & hanc operam dabo, ut qua ratione Virus hoc si-  
ne vulnere, & sine dolore quis profligare possit, ex mea  
decompositione habeat compertum. A vobis vero Viri  
Clarissimi & Præstantissimi obnixe rogitans, ut, dum  
rem, exacto judicio, exemplo non imitando, lævo deniq;  
augurio dignam, oculis veltris exposuero, meam inter-  
scopulos rupesq; fluctuantem cymbulam, quamq; male-  
volorum arbiter Notus, in varias partes disjicit, secundo  
vento,

vento, bonisq; avibus in optatum portum appellere, à  
Neptuno prece mini & jubeatis.

Principio vero, priusquam ad Calumniæ viscera de-  
scendam, protuberantem aliquam in frontispicio stramam,  
rescandam arbitror, aut diphabo vestiendam, fumumq;  
hunc sicibus lactentem dissipandum. CALUMNIAM  
alij à CALVENDO, quod Decipio, Circumeo, fraudem  
molior, interpretantur, deductam volunt, & si rem ex a-  
mine pensioni trutinaverimus, (quandam etiam elegan-  
tiam redolere, & sermonis nitorē præ se ferre reperiemus.  
Milites olim, qui in acie ad profligandum hostem & acri-  
ter dimicandum convenerant, si rasis pilis & quod joco-  
se Comicus Ludijs volvis glabriores, reliquis derisi &  
despicati habebantur, quisquis etiam sermonis convicio  
eosdem verberabat, & in calvos stigmososq; dictoria ja-  
culabatur. Erant enim capilli, teste Petronio forma dec-  
cus; qui postea si cecidissent, hi qui nudi & sine pilis alio-  
rum reprehensionem incurrebant. Nec quidem ut tem-  
poris series postea docuit sine ratione. Calvities natu-  
ram debilem, vites labefactatas præ se ferebat, & ut Ma-  
crobio afferenti sine hæsitatione subscribimus. Calvitium  
ex nimia frigiditate oriri, siccq; paulatim interno calore  
absunto, vires corporis etiam decrescere opinamur, un-  
de & in consuetudinem postea non infitemur abiisse, ut  
milites galeati palleatiq; seu Adolescentes Ludijs, quia re-  
liquis infirmiores, eo etiam minori conatu hostium in-  
jurias propulsare potuisse, quin factum saepius, ut ob cor-  
poris imbecillitates, armorum pondere oppressi, proni  
in terram projecti procubuerint. Quæ quidem omnia  
si ad Calumniorum conflictum & acerrimas velitatio-  
nes referantur, & quadrare optime & dextre naturam  
ejusdem explicare, prævidemus; Mehercule & virtutum  
calida-

Lib 7. S. 4.  
l. 6.

Pag. 127.

calidaria, quæ emortuas virtutes suscitare, atq; suo tempore refovere debebant, intensissimo frigore in depilata hac plebe refrixerunt congelaruntq;, dum vero aliorum calore incalescere querit ; nimium alijs subtrahendo. & vita damnum infert, & sine succo & sanguine præpilatis convitiorum hastis obijcit, nec tum, quod anxie sollicitando querit venatur. Idem & in delatis locuples experientia declarat. Idum optimi quiq; & honestatis sectatores, livido maledicentium latratu percussi, in ~~lumines~~ & animi defectionem incidentes, quicquid animo foverunt antea, unico oris hiatum effutiunt, morsuq; morbido vulnerati, salutem omnem desperant imitifere exspirant. Olim Calumniatores Sycophantarum nomine, digno profecto qui omnium frontem simbolis notatam velareret titulo insigniebantur. Erant vero Sycophantæ; ut Eruditiores suffragantur. Ficuum demonstratores, Inter reliquas fruges, quas prædium Atheniense largo proveniu proferebat, abundantia locuplete ficuum fructus summo in honore habebantur, suppicio etiam publico transfugæ & hortorum spoliatores mulctabantur. Alebat namq; Resp. Atheniensis custodes sive lictores, qui furtū hoc observantes, si quos offenderant, senatui, curi ad suppliciū rapiendi potestas publica erat, deferebant, sicq; à munere quo fungebantur Sycophantæ nomen in Cognomen adoptabant, & quidē nec immerito : Extrema erat hominū horum nequitia, & perversa admodum malitia, ut taceam, etiam ex verbereis statuis aliquid erogitare potuisse, nonnunquam innocentes misere tractandos judici adduxisse, quid unquam crudelius, impiū magis & honestis auribus detestandū, dici vel cogitari potest, quam quod Sycophantis hisce permisum & scèpissime ab illis factitatum legimus. Postquam favore & gratia apud Magistratum sese valere, juratam sibi fidem.

fidem ascribi, reliqua etiam impunè haberi adverterunt,  
eo temeritate & andacia sua progressi sunt, ut & hone-  
stissimum & innoxium, quemq; delicti memoria nun-  
quam subijsset, aut per vitam tale in animum induxisset,  
nihilominus tamen, ut contra quos vocem nemo mittere  
auderer, aut mutire, extremo proh dolor malo & nun-  
quam satis expiando, perpeti ignominia, labe ne cen-  
tum spongijs eluenda asperserint, & macularint: & dictu-  
profecto feedum, auditu turpius, quod scelerum hi Can-  
didati insolecentes, hanc sibi arrogant licentiam, ut  
non solum facta dictaq; hominum, verum etiam &  
somnia, & si quid aliud expiscari poterant, animo judi-  
cum exulcerato, inq; poenam proclivi demandarint.  
Cui enim vel ex Ammiani Historijs non innotuit, quanta  
apud Regem Constantium gratia, Paulus & Mercurius  
*Ammian.*  
*lib. 15. p. 38.* Horuerunt, quorum ille origine Persa & Notarius, hic na-  
tus in Dacia & triclinij rationalis minister, Mercurius ve-  
to postquam in complicandis columniarum nexibus erat  
indissolubilis, promptum ubiq; Sycophantij mantellum,  
dolis diverticulum habebat, ob egregia facta, honorifica  
nominis mentione, omnium mirifico applausu, Palestryta  
& Athleta nobilis renunciabatur.

Verum hominum hic nequissimus, scelerum sartor  
satorq; fœcundissimas, insignem honoris lauream, ho-  
noretamentum viro ingenuo dignum, suorum scelerum  
integumentum, à Rege Constantio reportavit, ut so-  
lemniorum comitem præconis voce publice eundem salu-  
tari mandarit. Hic quorumvis scelerum indagator, omnia  
se rescire, & quod Junoni Jupiter in aureis dixerit, per-  
constarier posse jactitabat, dumq; munere suo strenue  
fungebatur, in convivijs, si quid ab accumbentibus rela-  
gum, vel quod male noctem transiegissent, vel pessime  
iornias.

somniasset, omne illud in tabula consignatum & artibus  
venenatis coloratum, patulis Imperatoris auribus infun-  
debat, & ob haec homines tanquam inexplicabili culpa  
obnoxij, gravi mole criminis pulsabantur. Quod idem  
gravissimus Amor, Oratorum nullo numero Demosthe-  
nes innuere voluit, dum nec inconcinnus, vel temerarius,  
aut inconsiderate CALUMNIATOREM cum dici ait,  
qui falsa crimina, scienter & malitiose, studio divexandi  
aut infamandi intendat; & sole aprico magis licet.  
Non solum illum calumniatorem, qui mentitur aut im-  
probe loquitur, verum qui ea curat, quae ad se non per-  
tinent. O malorum lernam & putridam sentinam! Quo-  
ties mecum A. C. mira hominum desideria, & in quae  
omnia, aviditate quadam & mentis cœcitate prolabun-  
tur perpendo, non possum non, quin fluctuante sin animo  
& sententia, Ultrum etiam deterius aliquid, quodque honestiorum  
convicia & verbera magis mercari produci possit,  
quam calumnia, ejusque tutorum terribilis & deformis ge-  
nius. Ut enim in flumina rivuli, flumen vero in Oceanum de-  
clivi lapsu recurrit sequens exonerat, sic quicquid in sordido  
mundi proscenio vitiosum aut noxium, ambiguis passa-  
bus in Calumniam declinat, ejusque freuum alluit & lambit.  
Vultis ut per partes omnia declarem, MENDACIUM in Ca-  
lumnia ac in præticissimo corpore, sordidisima macula  
prænitere solet, hoc ipsum quo hominum aures oraque va-  
pulant, hoc ipsum ac odoriferum, & flosculis egregie de-  
pictum corollæ suæ intexit; hoc denique Nepenthes sua-  
vissimum, quo fauces audientium ac saliva pecitas ti-  
tillat inque malam fraudem abducit. Ne abs re, rem fal-  
sam quis existimet, Agite, supremi Lycurgei & Legisla-  
toris tribunal, Sacrum codicem accedemus, Tremendam  
certe summoque fragore sententiam, neque magis abomi-  
nabilem,

nabilem, neq; detestandam, vox divina personat, quam si  
quis Mendacio osculum figat & involucris ejusdem se  
complicet & involvat, Parum Mendacem furem q; dif  
ferre pronuntiat, nisi quod ille tardius, hic vero citius, se  
micinctio trabali sponda suffigatur: & quid multis, omnia  
quæcunq; in vita, hominis conversationem abalienare,  
aut exosam quodammodo reddere possunt, quæq; vel  
in amicis vitia oderimus, prout ex levi quadam exorbita  
tione profecta censemus, sic & leviter molliq; brachio illi  
succensemus, & ab avijs in regiam rectamq; viam re  
ducimus: Verum in Calumniam si jurarint, hocq; vo  
neno manus illitas inquinarent, proh Deum immortalem,  
Omnibus terrori sunt atq; formidini, Thyestea execra  
tione, ut arbore infelici suspensi pendeant, precamur.  
Quo reliqua mittam, ac in dicendi hoc generelonge  
periculosisimo, nec nisi edocto satis & militi veterano  
noto, Athletarum iectus & concertationes prosequar, Ti  
ronum instar qui cum LANISTIS Doctoribus suis RUDI  
BUS seu ut Polyb. nuncupat ξυλίναις μοχαιραῖς Batuere  
ut vetus verbum & dimicare solebant, & illa ego prose  
quar, hancq; configendi artem tradam, quam viribus as  
sequi, quæq; ad Rudem compellere possit; Nil in Althela  
magis commendari notum est, quam si artificiose alte  
rius conflictus excipiat, manuq; agili Antagonistam  
feriat & sauciet: Perperam hoc & injusto titulo sibi  
Calumniatores vendicare, inq; dominium quasi trahe  
re arbitror, qui etiam λογοτεχνία & officijs, aliorum can  
dorem præstingentes, plenis buccis bolisq; dolum diven  
dunt, sicq; miserum sine telo & jaculo ad terras cum sanie  
& tabo prosternant. Quæ porro miranda & stupenda  
plurima in CALUMNIA: quæ Calliditas, quanta astus  
Imprudentia candem muniat yalloq; suo quali obcingat?  
Expe-

Experientiam penes suffragatorem optimum esto judicium. Quis tam hospes & peregrinus in litteris, ut hunc Nebulonum morem, si non torus calleat, plane ignoret, si nimirum in sincerum & candidum, nec dolo hoc exculsum incident, quod statim Amicitiae pignus, Dextram illi injiciant, multoq; sermone & verborum commercio instituto, paulatim arctius sibi devinctos reddant, sicq; intimiori conjunctionis gradu magis se se insinuent ac intrudant: caute etiam & provide omnia agunt, ne vel praesenti quidquam derogent, sed ad applausum cuncta extollant, sin vero in absentia alios conveniendi locus suppetat, mera de hominis simplicitate fabula crepet, miranda ob hominis candorem jubila personent: Omnes quasi rebene gesta, receptui canentes, præda ex bello recuperata, fausta gratulatione Jo Jo triumphhe acclamaunt, Tales se deniq; fingunt ac refingunt, Ut Inuleus seu Cervi pullus simul ac in avijs matrem è conspectu reliquit, per terram pronus antrum inrepit, ne forte aliorum animantium ungulis intercipiatur, & ferarum vesca, in eorum ventribus sepeliatur, Nec secus & Calumniatores pessimí, mentis suæ inopiam conqueruntur, quò citius alterius animali sibi redimant & mancupio obtrahant, pauperiem, meadicitatem, rem domi angustam prætendunt, ut de aliorum bonis, ad se se vocent, suaq; reddant, Verum ut in spelunca Inuleus dum matrem repperit, se ipsum erigit & proripit foras, sic & illi dum aliorum arcuæ confidunt, omnisq; ab animo ægritudo remigravit, superciliosæ alios despicientes, pennas incident, easq; iterum renasci impediunt. Quem non sapientissimum Calumnia fecellit? quem prudentissimum, cuniculis suis non subagitavit? Quis tantæ fidei & sinceritatis, cui virus hoc manus non adierit? Modum A. C. ignoratis? ñ rebus

C

rebus quibus per occupations non expediundis vacare.  
couquerimur, prout hominum mores, in auxilium ve-  
munt, sedulo quicquid laborum admetimus sese capessere  
pollicentur, & ne dubitemus, aut gravari illos, aut negotia  
nostra fastidire, molem & laborum perfungendorum  
magnitudinem sibiipsis molestam mentiuntur, sese denique  
simulant, ut qui aliorum potius quam sua velint iri promo-  
tum. Et ne quis ambigere, vel in re crepera sententias  
dactuare possit, Tot perjuria, tot pollicitationes, totidem  
figmenta, quibus conceptam opinionem firmiter persua-  
deant, & illa in pectore securè confidat, nequè porro ho-  
minū calliditatem reprehendas, ab insectis astutiam æmu-  
lantur, ut enim ab insectis fr quis ictus, quocunque; tempo-  
re petitur, non statim animadvertisit, sed vulnere ingra-  
vescente, & putrescente interit, sic & candor hominum  
doli hujus nescius, spicula nec rigide animadvertisit, quam  
cum morti vicino, fanie multa cupidem refodiunt: Verū  
itaque antiquitatis & Comicæ sapientiæ diverbiū, Quod  
Curiosus nemo sit, quin idem & Malevolus: Accurrant,  
qui spontanea voluntate operam suam deferant, præsto-  
sint, qui humeros nostrorum onerum libramentum si-  
stant & promittant, hoc certe *μυεγηνιον* malo huic reme-  
diū, hæc nostra in posterum vivendi ratio, ut nostra  
probe accurantes, eorum opera nec carere, nec indigere  
nos simulemas; ne vel temere in amicitiam plures reci-  
piamus, aut quos admisiimus, lascivia iterum excluda-  
mus. Sed ne diutius in levioribus orationem occupare  
patiar, & quæ dudum à vobis perspecta & cognita, falti-  
diosa commemoratione, vobis nauseam, meæ orariuncu-  
læ labem inducam; E schola veterum, Unicum, in quo  
omnia, depromere luet. Exemplum enim Calumnia-  
toris eximium, Poetam Maledicuum, Insignem Calumnia-  
torem.

terem ARCHILOCHUM, qui ut maledicendi peritia  
multis innotuisset, hacq; laude nobilis, ita & monumento  
perpetuo ejus memoriam ad posteros reservari antiquitas  
veneranda curavit, Demortuo, Cœnotaphium, quod vi-  
tam, & quæ in vita ipsi familiaria, doceret, vivi moruiq;  
encomium suspendit. Verum ne quis erret, sub Archi-  
lochi nomine, quod alij fictum arbitrantur, quemvis  
scriptorem intellexit, insolita quadam petulantia, & mor-  
dacitate alios insectantem, in quo tamen, neq; curam, neq;  
Eruditionem possis deprehendere: hoc tantum notum,  
quod audaciam in obrectando maluerit ostentare, tamq;  
prave innotescere, quam stare gratis, & cum silentio, u-  
loquitur Martialis. Fuit vero hic ARCHILOCHUS,  
Poëta Lacaedemonius, seu ut Horat. placet, Parius, qui  
Lycaben sacerum, eo, quod filiam suam sibi despon-  
sam, Judicio exactius penitato, elocare, inq; thalamum  
despondero noluisset, linguae virulentia & contumelio-  
siori acore onustum, insectatus est, ut animi sui ægritu-  
dini remedium suspendio querere adegerit, ad quod  
idem mortis genus, sponsam quoq; suam postea coegerit.  
Quemadmodum Horatius l. citato testatur.

*Nec sacerum quarit quem versibus oblinat atris  
Nec sponsa laqueum famoso carmine necit,  
Archilochum proprio rabies armavit jambo.*

Hinc factum etiam nonnulli suspicantur, quod in vulgi sermonem & fabulam dudum abijt, ut linguae suæ certa sigilla, insculptas tumulo de marmore VESPAS suspen-derint, quod versiculi, in omnium ferme manibus de ipso conscripti, testimonio luculentissimo comprobant:

*Archilochi tumulo inscuptas de marmore VESPAS  
Esse ferunt, lingue certa sigilla male.*

C 2

De

Lib. I.  
Ep. 2.

**De Vespis** Plinius Autor est, quod rauces sint & mordaces, nec ulli omnino usui vel oblectationi, Ecquid in Calumniatores propinquius dici potest, qui nec cum sonitu & magna vociferatione Calumnias effundunt, verum ac si de salute, aut hominis incolumitate ageretur, submissiori voce mussitant, aliorum tutis auribus deponunt, interea tamen aculeati sermones sunt, quiq; alterius existimationem attritam, calcaneo pessundant, famamq; arrodunt. Etiam & memoria dignū, quod de VESPIS commemorant, ut ad Apum similitudinem favos progignant, verum nec mella, nec ceram ex ijsdem coqui posse, Idem cerie & Calumuiatorum Encomium, qui licet ex bonorum conversations, quod ad palatum gustumq; videri potest, aliquid degustent, & vitam moresq; informare, nec tam leviter concinnare addiscant, favos tamen faciunt, h. e. pruritu quodam & libidine insolita, hoc ipsum emulantur, dumq; revera in succum & sanguinem convertere debēbant, spurcissimis convicijs, ac dodoneum æs vel bacillo syrpeo frangunt. Porro Lyrici Carminis Inventorem Jamborum Indagatorem, Archilochum, C A N I quam simillimum Poëta Horatius affirmat, dum inquit:

*Quid Immerenteis hospites vexas Canis.*

*Ignarus adversum lupos.*

Eloquentiae lumen & flumen. Cic. Accusatores Canes & Anseres motibus suis representare ait. Alios enim esse qui clamare tantum possunt, non nocere, alias qui latrare & mordere. Insuper Naturæ Venatores testantur, quod Canis Animal omnium impudentissimum, sic & perfida. Etæ frontis hominem, & extra Verecundiaæ limites ignavum constitutum oportet, Veteres Graij, HECUBAM, Muliarem squalidam, Vipereumq; in C A N E M, propterea mutantam & transformatam ajunt, quod plerisq; præteceun-

Lib. Epod.  
Od. 6.

Mænnoch.  
A. s. 1.

tereuntibus convicia injicere consueisset, quod & Mœ-  
rechmus apud Comicum suæ Uxori obiicit, hacq; for-  
midine ac Oestro percitam & perturbatam compescit,  
An tu inquit nescis Hecubam quapropter Canem Graij  
esse prædicabant: Omnia mala ingerebat, quemquem  
aspicerat. Itaq; adeo jure coepit Canis appellari: &  
sexcenta alia essent, quibus Eruditiores CALUMNIAM af-  
similarunt, quæ & pro rei declaratione afferri possent,  
sed lubens jam prætereo, & silentij nebulis involvo, ne  
forsitan quod metuo in re conspicua mihi lassitudinem,  
vobis fætidum arcessam: Timant his penicillo, exte-  
riora membra Integumentis involvens, præcipua &  
vultus lineamenta ob oculos ponam, Ac primum C A-  
L U M N I A E originem, verbis in compendium redactis dis-  
quiram. Nonnullos hac opinione deceptos experimur,  
ut Calumniam nil nisi Colloquium, sermonem mutuum  
opinentur, exinde etiam & cum sermone ab eodem genio  
ex eodem utero prognata arbitrentur: Verum gra-  
vius hallucinantur, & in periculosioris maris anfractus  
turbine summoti: in scopulos impingunt. Ne longius  
repetam, velsacri Annales assertioni meæ basim & fun-  
damentum subternant, etiam & ex Ethnicorum scriptis  
liquet, sermonem in tanto pretio habitum, ut & Delubro  
& fano custodiri, cundemq; Mercurio Deo devotum,  
consecrari, majores non puduerit. Quid qvæ so divinius,  
quid Ratione & Oratione præstantius a Deo Opt. Max.  
hominibus est concessum! O blasphemos & Maledicos,  
O lingua corruptam & mendacem, O fætidissimum  
veritatis prostutæ lupanar, quod immoræ Veritati, Dei  
filie stuprum inferre, & adulterino osculo foriiter facere  
molitur, Chalybs & ferrum circa præcordia vestra, & ut  
Pocula loquitur Robur & æs triplex, Cerne & Dæmon (ne

ignoreris) hanc produxit, verum pessima, repudio sibi  
divortium impetravit, dumq; Deum æmulari voluit,  
Pernicioso lapsu, præcipiti casu misere disperire.  
Prout enim Deus Optimus Maximus verbo & sermones  
suo, h. e. filio Unigenito, omnia ex nihilo architecta-  
tus est, & in hoc horæ momentum protegit & con-  
servat, non secus & Diabolus Dei æmulus, quodcunq;  
egregie à Deo extirpatum & politum, funditus demoliri,  
& filio suo C A L U M N I A in nihilum & pulverem redige-  
re cessavit. Vultis Testimonia? Protoplastos quæso,  
corumq; cruentum lapsum & miserrime attractam labem  
perpendamus. Interdixerat Deus, ne de arbore boni  
maliq; vescerentur, fore enim ut si pōnum ori ingererent,  
simul æterna morte emorgerentur, Clanculum hæc pessi-  
mus præstigiator Diabolus subaudit, delos technasq;  
consuit & meditatur, quo Dei decretum ex animis simul  
atq; auribus extorqueat, & æterno exitio sibi trucidan-  
das obstringat. Non vero inconsiderate, aut sine diu-  
turna deliberationis præmeditatione, fœminam accedit,  
quin ut vel Dei jussum prorsus evertat, & subdolam frau-  
dem, & plebiscitum ex Minervali Cerebro prognatum  
exponat, quemadmodum in Susannam senes multa com-  
miniscebantur, quo fœtæ impudicitia pœnam collo &  
cervicibus sustinere adigerent, quam tamen postea pœ-  
nam cum in facti documentis succumberent, duplo majo-  
rem, mastige conscientia solverunt: Neq; quod Ca-  
lumniatores assolent, Dei Decreto aliquid addit vel demit,  
tutius longe & conductu salvo in avijs, tertia & regia via  
incedens, nec in facto mentitur, nisi quod in facti inter-  
pretatione nuces cassas auctionetur: Quemadmodum  
Adversarij Jeremiæ, Eclogarij, ob spiritus excellentiam,  
& quod sanguinem sine invidia miueris non possent,

verba

verba pravo sensu donabant, & in latrinam foetidissimam  
præcipitabant, nec dissimili modo & Evam sub fidei in-  
nocentia alloquitur, quæ Causa, quod Deus ne de omnī  
arbore pomarij vesceremini sciscitur. Hæcine li-  
bertas veitra? ut frugibüs terræ sine piaculo satiari edi-  
ctum? Absit, Absit inquit, nunquam hæc Dei mens & sen-  
tentia, Nunquam moriemini. Quæ enim Dei esset  
Iusticia, quæ Clementia sua & Misericordia, si ob culpam  
exiguam, rigidiorem poenam exigeret, si tenellam cuticu-  
lām scutica graviori percelleret. Nuuquam Moriemini,  
hocq; ut citius & firmiter animis inhærere posset, nec im-  
posturæ ad oculum statim innotescerent. Nec mentiri  
Deum afferit, nec & in verba ejus aliena surrogat,  
tantum Dei iudicium immutat, ut si de arboris istius  
fructu comedérent, caliginem ab oculis remotam iri, imo  
semideos, boni maliq; scientes sese futuros habeant.  
Quo lepidō verborum tenore, verbis thymo odoratis, fœ-  
minæ nares titillari suaviter & afflari animadvertisit, gli-  
scentes scintillulas spiraculis incendit, sicq; in perpetua  
calamitatis labyrinthum redegit. Quanta vero Diaboli im-  
pudentia? Deus ne ad quamvis arborem defraudandam,  
manuum lascivia proveherentur, Sed intra terminos  
cohiberent, extremo capitis danno cavebat? Hic, Ne-  
morerentur, & ut ulteriore sapientiam, & quæ reliqua  
in sese desiderari sentiebant, supplerentur, libere come-  
dendum, & mandato minime esse obsecundandum per-  
suadebat. O ingentein Diaboli astutiam, O Malorum  
matrem & gubernatricem CALUMNIAM. Verum hæc in  
Protoplastos injuria, Equid & Adami filijs postea per-  
percit. Primum, ut in Protoplactorum pectore, ac in agro  
fertilissimo, largissimo fructu CALUMNIAM provenire,  
nec labores fructarier sensit, propediem etiam seminas  
disper-

Dispergere incepit, in primis perfectissimum hoc Dei si-  
mulachrum, multis asterismis turpare non cessavit, quia  
a parentibus ad filios sicq; ad Neptes & Nepotes descen-  
derit. Post Adamum ad Cainum, hincq; ad posteros pro-  
cessit; Omni deniq; nervo & vi extrema annititur, quo &  
hodie & hoc seculo in fraudem multos inducat, ut homi-  
nem & in se ipso mendacem & Calumniatorem reddat,  
seq; in eum insinuet & coalescat, ut sit unum idemq; cum  
eo: Haec enim perpetuae Diaboli insidiæ, hi astus & im-  
posturæ, quibus probos continuo insectatur. Nunquam  
audimus, aut cernimus, ut quorum vita ob turpia scelera  
& flagitia infamis, Calumniæ morsum & stimulos arro-  
dentes conquerantur: Hi qui Virtutæ innocentiae & pie-  
tati strenuo student, & summa cum diligentia quaæ homi-  
nis frugi sunt exequuntur, omnia deniq; tam accurate  
tractant, ut livoris dentes in se hebescentes retundant,  
ignominia malevolorum onerantur & coquinantur.  
Et quid non honestos? Deiq; cultores bipenni lingua  
lacerarent? Malitiosos, & ex scelere & flagrio compo-  
sitos, jamdudum omnibus infensos norunt, agunt itaq;  
quo pios & sincerae pietatis Patronos in odium & mul-  
torum offensam adducant. Quod vero non aperta vi,  
sed nomine ad invidiani utentes alijs insidentur, per se  
satis liquidum & planum, siquidem si aperta violentia  
homines occiderent, apud impios etiam male audirent,  
& in summo vitæ discrimine versarentur: Est enim aper-  
ta malitia omnibus invisa. Aequitatis itaq; studio, tan-  
quam Justiciæ strenui propugnatores, omnium ora in se  
convertunt, sicq; maximorum dignitate stipati in summa  
securitate degunt, insontes convicijs & criminacionibus  
opprimunt, & ut recte Hannibal Scotus apud Tacitum  
inquit, fortuitos sermones cum illo jacint, ut suspicionem  
fraudis

fraudis amoliantur, deinde blandiuntur ad benivolentiam ejus captandam, postea aliquid rerum suarum arcanarum illi communicare simulant, quod revera nihil refert, ut fidem apud illum acquirant. Sin vero haec minus tuta tritaq; via, quam quis investigare leviter, & facillime subodorari possit, alia incedunt: Regia facta & splendidum subsidium spondent, verum in leonis ore, mellis favum, Hi plerumq; mores, ut graphice Plutarchus ex Comico refert, si præstare queam & fuerit præstabile nobis, Dic quidquid versas animo Nicomache, Me fac militi, isti opponier, Flagris ni illum peponem totum fecero, Reddideroq; illi os mollius vel spongia. Quod sèpè nec Regum, nec divitum ulli permissum, oris impudentia clamitant. Mendicus utinam sit mihi, vel si liber mendicum & infra, qui mihi benevolet, Timore posito posset ex animo loqui. Idem enim Calumniatoribus accidit, quod Chamæleonti, qui omnium colorum similitudinem exprimit præterquam albi, Itidem Calumniatores, cum quæ digna sunt studio assequi nequeunt, In foedis & protervis nihil inimitatum, intentatumq; relinquent: Imperitos Pictores strenue æmulantes, qui pulchra quæ vis & artificiose depicta, tegunt, rugas & lenticinem vivo colore depingunt: Sic & Calumniorum Intemperantiam, Iracundiam, in famulo, ac in piseinis barbatos mullos intercipit aucupaturq; dissidentiam erga domesticos & agnatos affectat. Quis jam A. CL. quod si de reliquis quæ in Calumniam recidunt, pluribus verba facere vellem, quanta ad dicendum farrago, quamq; latissimus evagandi campus, & uberrima rerum tractandarum copia, succrescat, ignoret: Verum ne Oceano a surgente, fluctibus navim quassantibus, naufragus postea in ærumnaram pelago natem, quod malo omne à me.

D

facti-

facilitatum principio, Unguis nec resectis, aut capillis  
detonsis, naviculam fuisse ingressum recordor, No-  
centem tantum in medium attahere, ut cui ventus irasca-  
tur, quoq; navigium hoc lustrari debeat, habeam.  
compertum, Unico licet verbulo cum Oratore summo  
omnia complectar, fidem inter mortales è mortuam.  
candorem proscriptum credimus: Quos fugiamus habe-  
mus, sed quibus credamus, quosq; sequamur, ah quām  
pauci supersunt; Viget interim, atq; incorcussum manet,  
quod omnibus rebus jam peractis, Nulla fides sit in fa-  
ctis. Mel in ore verba laetis, Fel in corde fraus in factis.  
Idem & Mantuanus conqueritur:

— — Eunt pessum pietasq; fidesq;  
Lerna palus terra est, vitiorum exercitus hydra,  
Alcides nusquam est.

Græcorum facile Princeps Homerus, ATEN, quampiam  
Deam finxerat, quæ omnes calamitates, quævis infortunia,  
pleno modio subditis admetiretur, quo fabulæ involucro,  
Calumniam depinxisse doctiores statuunt. Perniciosa  
Dea (inquit) quæ omnes offendit, quæ terram non tan-  
git, incedit autem per capita virorum, quæ Jovem ipsum  
lædit. Quorum verborum interpretem Lipsium addo,  
Quæ omnes offendit, ecquis Apelles vivis magis colori-  
bus hanc adumbrare potuisset, si quod ego certus sum, &  
veltrum nemini dubium, quæ ante periodos aliquot  
elapsa, secum perpendat. Offendit sanè & dolore majo-  
ri vulnera cicatrosa rescindit. Terram non tangit, raro  
namq; in viles aut humiles incurrit, sed incedit per capi-  
ta Virorum, id est, summa petit & summates. Imo Jo-  
vem ipsum lædit, qua divinas quoq; actiones calumnia-  
tur & carpit. Quæ porro non in Aulis Calumnia, In-  
quibus ut in loco irriguo salices, sic & Calumniarum  
furculi

Turculi fœcundissime succrescent, Ne prorsus portum  
hunc, Navim hanc oneraria, sine pretio & vectigali  
vestro prætervehi patiar, ter uncium sumtus facere lubet,  
Quis tam hospes aut peregrinus in S. Biblijs, qui quan-  
ta Agonis aulicorum in Davidis Legatos calunia, quæ  
perfidorum consilia, ignoret, Regem Moabitarum David  
debellarat, gentemq; sua ditione subegerat, factum vero,  
ut sub inducijs Moabitarum Rex NAHAS vita defun-  
geretur, & in ejus locum filius HANON sufficeretur. Ex  
dolore & commiseratione, quam ob præmaturum obi-  
tum NAHAS, Rex David conceperat, legatos mittit, qui  
luctus & moeroris squalorem detergerent, ne quod me-  
tiendum, recens creatus Hanon in luctu contabesceret;  
Verum enimvero, Regium & Candidum Davidis institu-  
tum, Consiliarij in pejorem partem rapientes elidunt,  
præstigijs, quibus Regem antea circumvenerant, hanc per-  
fidiaæ suæ laciniam sinceritatis pallio infarcijunt, ut Davidis  
legatos, honorifica tractatione, quemadmodum ad con-  
solandum missos decebat exciperet, verum ut Perconcta-  
tores, quiq; ad Regionis introeundæ, commoditatem  
emetiendam venerant, edicto publico ex aula relegare:  
quam etiam opinionem Rex Hanon, ob judicij inopiam  
credulus, sibi infixam credidit, Davidis Legatos, pilis ex  
mento & capite rasis, glabros & levigatos (quod pro-  
brum tamen grande, imo nefandum Judæis habebatur)  
remisit, quamvis & nec impune culpam hanc postea dis-  
solvit. Legati jubebantur, ob dedecus in vicino oppido  
dum pili renascerentur commorari, cum vero & loci il-  
lius inolis, eorum convesatio solderet, copijs instru-  
ctissimis, Invicta manu, Moabitarum regnum Rex Da-  
vid circumduxit & devastavit maximamq; partem ho-  
minum cæforum Mavorti sacrificavit. O diram aulico-  
rum

rum Calumniam, O pessimos hujus seculi mores! Non  
nullos nescio jam attonitos, & in stuporem atq; ruborem  
datos, plerosq; demirari video, qui tam feros & brutos  
mores homines induere possint, qui dediscere prorsus &  
abscire [omnem] modestiam, Debacchantur multū, sto-  
machantur, miris modis in pessimos hosce Calumniato-  
res invehuntur, sed nimium religiosi & ridiculi, quod in  
alijs reprehendunt, ipsi strenue in alijs commitunt, Do-  
lendum certe, Calumniæ ferociam eousq; abiisse, ut &  
Morti nullos subjugari: Num vero hoc aut mitius aut le-  
nius, dum famam cum vita ne comparandam spurcissimis  
notis, ac coeno sordidatam, nequiriæ prostibulum, gladi-  
tor obsceneus exagitat, dum coram, tum apud exterros  
aut vicinos, tum apud propinquos & consanguineos ca-  
villatur, Liberos in odium Parentum, hos in liberorum  
dividiam & animorum dissociationem impellit, Ex  
Magistratu mansueto, ac poculo Cyrceo crudelern & sæ-  
vissimum, ex subditis morigeris rebelles & seditiosos: Ex  
homine felici & fortunato infelicissimum, E vivo mor-  
tuum & vivum adhuc semimortuam reddit. Ne longius  
digrediar, vel ex Philosophorum schola notum, quod  
Dion, natione Alexandrinus, quem præcipuam in Philo-  
sophia laudem esset consecutus, nec calumnijs in homine  
hoc admiranda industria caruerit, Fratrem habuit.  
Topsum luctatorem, ut ferunt vel Athletam. Cum  
itaq; quidam ex Commilitonibus, qui sapientiam hanc  
adæquare non poterant, flagitia multa in Dionem cumu-  
labant, hocq;, prætereuntes restitando in audiebant, phi-  
losophiæ memor, alterius maledictis ne verbulo respon-  
dit, Cæterum cum limen sui contubernis introisset (oc-  
centabat enim alter ostium) nihil iracundiæ præ se ferens,  
hoc tamen & dñe p̄xv, id est, ne gri, quidem respondit, in-  
teriorum

terim animi impetens, gulam laqueo præfocavit. Cui  
A. CL. ignotum, Quid Bituitam regem Avernorum ad  
exilium redegerit; Cnei Domitij certe perfidia & extre-  
ma Calumuia, dum enim Cnei Domitij animus gloriæ scin-  
tillis intepescere cœperat, simul fortuna prospera insul-  
tari & effer vescere cœpit Iratus, Bituitam Regem Aver-  
norum, colloquentis instar ad se accessitum, hospitiq; excep-  
tum, manibus à tergo religatis, Romam nave de-  
portandum curavit, eumq; Albam custodiæ causa rele-  
gavit. Nullus deniq; Calumniandi modus! Quibus  
convicijs Xantippum Lacædemonium Carthaginenses  
non onerarunt, cuius optima opera primo punico bello  
usi erant, & quo juvante Attilium Regulum cœperant,  
nihilominus tamen mari suffocarunt. Et quis satis un-  
quam concinno filo Calumniarum fraudem statimi sub-  
duxit. Unicum quæso mecum perpendite, Constantius, ut meminit Marcellinus, Arelate hiemem agens, in-  
solentia pondera gravius librans, siquidem dubium defe-  
rabatur aut falsum, pro liquido accipiens & comperto,  
inter alia excarnificatum, Geronium Magnentianæ  
partis comitem, exulari mœrore multavit: Utq; ægrum  
corpus, etiam levibus offensis quassari solet, ita animus  
ejus angustus & tener, quidquid increpuisset, ad salutis  
suæ dispendium factum existimans, in fontium coedibus  
fecit victoriam luctuosam. O duram Calumniæ tyran-  
nidem! O perversam crudelitatem! Alexandrum illum  
Magnum, in tot amicorum coedes, quid nisi Calumnia  
impulit? Socratem vita, Rutilium civitate, Calumnia  
ejecit, Tiberios, Nerones, Caligulas, toiq; Tyrannorum  
portenta Calumnia peperit. Sed opinione diutius ve-  
lis distentis mari in hærcio, quem dudum præ speculatorus  
portum recta jam intendam, arq; ad alteram dissertatio-

nis meæ partem descendam, Calumniam omnibus vitandam & evitandam proponam. Verum, si Thales sapientiæ alumnus, imo ipsa sapientia prodiret, ad depellendum hoc virus consilia deficerent. Ecquid remedium adversus Sycophantæ morsus? Hominum superstitione, Anulos cuivis malo mederi & medicinam facere invakuit, quod cum Aristohani à vero abhorrere videbatur, cuidam, anulum magicum iastanti, respondit  
ΑΛΛ' οὐκ εἰσὶν αὐτοὶ φάίλω δύγυα! . A quo nec Demosthenes dissentit, qui reliquos maleficos omnes, si non prorsus arceri possunt, conatus tamen eorum posse impediti affirmat, ne quod aperie machinantur prorumpat: At quorū abeas, ut ab istiusmodi Calumniatorum metu immunis degas? Maturatio itaq; opus erit, hancq; rem nobis curatio, ne malo hoc misere dispereaamus. PRÆFISCINI vetus verbum & Incantatoribus tritum, quo etiam & mala multa homines propulsare temere arbitrabantur, Nec tamen adversus malum hoc remedium, cui si ad mentionem etiam occineter, imo ad ravim fascinaciones omnes sonares, ne tam latum unguum repelleres, quam malo malum agglutinares. Ne tamen reliqua spes decollet, illud nos solitur, Ut ignis in aquam conjectus, continuo restinguitur, sic & falsum crimen in castam vitam: & ut locis lœvibus & politis difficulter aliquid sordium adhærescit, sic & maledictum non invenit sedem in vita puriore. Præterea, Reverendi Patris Chrysostomi in hoc negotio consilium, meæ dissertationulæ Apophoreta, domum vobiscum auferendum trado, qui inter cœtera nullum efficacius ait, quam criminationum neglectus, & quod surdis quasi auribus prætervolantes transmittantur, quod & trito vulgiverbio dudum innotuit: Spicula exolescunt, si irascare agnita-  
viden-

videntur, in quam sententiam & apud Stobæum Philemon properat, si (inquit) qui criminationibus appetitus non revocat ad animum, tum in autorem criminationes redundant. Ut enim in Aranearum telis si musca irruit, constringitur, Hirundo prorsus diruit, & cum subtigmine stamen elidit: Ita callidas improborum aries, pauci ijq; incerti timent, Prudentes vero & magnanimi facile abiiciunt & curam animo postponunt. Veteres nonnulli severiores in libidine hac evitanda & coercenda: Apud Athenienses Calumniatorum multa pecunaria fuit: Romai ut Cic. pro Rosc. Amerin meminit, Papiniano Legumlatore, Lege Remmia Calumniatorum frontem stygmate inuaserunt. Hac enim lege cautum ut Calumniatori in fronte littera K ut antiqui, vel C imprimetur, ex quo hominem fuisse Calumnatum, quis colligeret, quod & Roscio exprobrat, dum inquit Litram illam cui vos eosq; inimici estis, ut & Calumnias oderitis, ita vehementer ad caput affigent, ut postea neminem nisi fortunas vestras accusare possitis. Eandem notam Calumniatorum scilicet INSIGNE & Plinius in Panegyrico notat, dum inquit, neq; ut antea, exanguem illam & ferream frontem, nequicquam convulnerandam praebant punctis, & notas suas rideant, sed spectent paria damnis præmia. Quæ quidem omnia, si recte perpendamus, merito Calumniatorem absterrere debebant, & qui livido Calumniatorum dente faucij, ijs metum cispellere, ut Conijcius loquitur, poterant: Nondum tamen poenam hanc æqui parandam arbitror, quam divinum edictum Calumniatoribus interminatur. Regius propheta D A V I D , tanquam in tabula vitæ felicitatem delineaturus, qua quis semita eandem sibi perviam facere possit declarat. Quis est inquit Homo qui vult dies videre

videre bonos, Prohibe inquit linguam tuam à malo, & labia ne loquantur dolum. Ringere Calumniator, Enmanicas & Flagellum, Audacter calumniaris, ligulæ linguiarium iniijcere desistis, quo in alterius perniciem magis insurgat. Mira alacritate malum amplecteris? Enjugulum, non plumbeum aut obtusum, acuminatum vides, chalibe ferroq; præparatum, Dies dies inquam secundum Vatis effatum bonos non videbis, perpetua caligine ad Lunam cœcuties, nunquam noctis creperum manifestus dies absolvet, Homicida es apud Dominum qui proximum calumniaris, Imo qui aliud in ore, aliud in corde abstrusum & reconditum geris, de grege & numero qui traditi sunt in improbam mentem. Tandem stragulatores perpendite, quiq; Calumniam jurastis, quod quidem vestra ferocia ad tempus noceat, nonnunquam & rerum prosperum statum subvertat, tamen ut nebulæ solis faculam aliquo modo præstinguunt, verum ijsdem disjectis, clariori lumine sol nobis affulget: & ut sordes foecesq; in concusso dolio facile ascendunt, facile etiam consistunt, sic & labem vestram facile dilui posse & detergi. Ne dicam, & homines alias ad mala proclives hac via emendari, inq; frugem reverti, qui dum alios facta sua sedulo observitare, si quid turpiter commissum, per urbem & plateas circumferre, sentiunt, omnibus nervis intendunt, ut de se se strepitus obtundant, & lingulacas pessimos redigant in silentium. Scorpionis venenum Calumniatores nūgigarruli effutunt, Quemadmodum enim qui à Scorpionibus ieiunt, gravissimos dolores sentiunt, medelam tamen & remedium ab ijsdem petunt, hancq; gratiam habent, ut in posterum animalia venenata ne vel latum unguem fugiantur. Idem & hisco accidit, stimulo quædcunq; prehenduntene.

enecant, prohibent tamen ne mōrum & vitæ suæ prodigis in eadem incurrat. Merito itaq; Calumniatores ridendi & deridendi, qui cum damnum inferre cogitant hominis salutem & commoda procurant. De Prometheus apud Historiographos constat, quod in via ipsi obviam factus, qui verbis maledicis eum adoratus simul & cœsim tactumq; eundem exceperit, iestibus continuo injectis, factum ut vulnere quo desperasset aperto, sanie profluente in vitam sit revocatus. Nec & illud absimile quod de Phereo Jasone apud Cic. legitimus, qui cum incurabili vulnere laboraret, in militiam, ut mortem sibi accelerare posset profectus, sed pectori vulneratus, & vomica resecta, medicinam in vulnere invenit: Et quis indies non talia animadyertit. Agite itaq; Calumniatores, revertimini si lubet, & ad pietatis fanum una mecum contendite, Dies videre bonos, perenni felicitate frui, in otio & tranquillitate vitam transigere, vestra voluptas & delitiae? Hoc agite ne ad dolum lingua recurrat, & dolum labia loquuntur. Nos vero A. CL. si non omni tempore & loco, hominum malevolentiam vitare & declinare possimus, vitæ honestatem, & quæ virum ingenuum decent summo impetu prosequamur, & cum Rittershusio studeamus, ut eorum arietes perferre & dexterime demoliri valeamus. Tandem

*Nescia mens fraudum, inculpatæq; integra  
vita,*

*Scommata nullius, nullius arma timet:*

MI

E

Omnia

Omnia contemnit, ventis velut obvia rupes.  
Mendacesq; sonos unius aſſis habet.  
Qui sapiſ, ad vitam sapias: gere conſciare recti  
Pectora, nec ſtrepit u commovere levi.

D I X I.

DEO SOLI GLORIA.



IN

In gratiam  
PRÆSTANTISSIMI, HVMA-  
niissimi Doctissimiq; Viri,  
DN. M. SEBASTIANI MEIERI  
amicorum eximij, & observan-  
ter colendi.

Stemmate præclaro nasci non ultima laus est,  
Nec forma atatis florida laude caret.  
Sunt ergo opes aliquid plenam qui possidet arcum,  
laudibus eximij fertur ad astra Poli.  
Vana sed haec abeunt, Vivit post funera Virtus  
unica, & aeternum; Cetera mortis erunt.  
Hinc solum ingenua quæsumus nomen ab arte  
Permanet, & secum commoda multa vehit.  
Commoda, qua sentit res publica priva, secunda  
adversa, ut vita suavior aura fluat.  
Id tecum excelsa meditatus mente, per artes  
MEIERE invisti sedulus omnigenas.  
Et sophia diæ pectus, linquamq; polita  
Suadâ ditasti moribus usq; probus

Ergo

Ergò capis tandem fructus solertia, Gaudis  
Emeritō titulō, Docte Magister ave.  
Et tandem fructus Carpis solertia, Gaudis  
Condita in ingenio qualatuere tuo.  
Livide Mome negas? huc siste, Oratio prasens  
rem probat, Genuum carminai illatum.

Admodum ex tempore & occupatus  
faciebam

JOACHIMUS LIZOVLUS  
Rupino-Marchicus,









## In gratiam

PRÆSTANTISSIMI, E  
nißimi Doctissimq; Virt,

DN. M. SEBASTIANI M  
amici mei eximij, & observa  
ter colendi.

Stemmatè preclaro nasci non ultin

Nec forma aetatis florida la  
Sunt Opes aliquid plenam qui possid

laudibus eximij fertur ad astra

Vana sed hac abeunt, Vivit post fund

unica, & aeternum; Cetera mor

Hinc solum ingenua quæ situm nome

Permanet, & secum commoda m

Commoda, qua sentit res publica pr

adversa, ut vita suavior aura fl

Id tecum excelsa meditatus mente,

MEIERE rivisti sedulus omn

Et sophia diâ pectus, lingua m̄q; poli

Suadâ ditasti moribus usq; prob

